e-codices

Vt toleret ne peſſum habeat tanq̄ herile imperium
Edicat ut quod non os uelit oculi ſciant
Quod iubeat citiſ quadrigiſ citiuſ properet proſequi
Qui ea curabit abſtinebit cenſeo nebulula
Nec ſua opera reddet unq̄ in ſplendorem compedeſ
Nunc heruſ meuſ amat filiam huius euclioniſ pauperis
Eam nunc renuntiatum ē nuptum huic megadoro dari
Iſ ſpeculatum huc miſit me ut q̄ fierent participſ fieret
Nunc ſine omni ſuſpitione in ara hic aſſidam ſacra
Hinc ego & huc & illuc potero quid agant arbitrarier.

EVCLIO SENEX. STROBILVS SERVVS

Tu modo caue q̄cq̄ indicaſſis aurum meum eſſe iſtic fides
Non metuo ne quiſq̄ inueniat ita probe in latebriſ ſitum eſt
Aedepol ne illic pulchram predam agat ſi qſ illam inuenerit
Aulam onuſtam auri. uerum id te quaeſo ut prohibeſſis fides
Nunc lauabo ut rem diuinam faciam ne affinem morer
Quin ubi accerſat me meam extemplo filiam ducat domum
Vide fideſ et atq; et nunc ſaluam ut aulam abſte auferam
Tuae fidei concredidi aurum id in tuo luco & fano modo eſt ſitum
Stro Dij imortales qd̄ ego hunc hominem facinuſ audio loqui
Se aulam onuſtam auri obtruſiſſe hinc intus in fano fidei
Caue tu illi fidelis quaeſo potius fueriſ q̄ mihi
Atq; hic pater eſt ut ego opinor huius herus q̄ amat.
Ibo hinc intro perſcrutabor fanum ſi inueniam uſpiam
Aurum dum hic eſt occupatus. ſed ſi reppero o fides
Mulſi congialem plenam faciam tibi fideliam
Id adeo tibi faciam uerum ego mihi bibam ubi id fecero
Eu Non temere eſt quod coruos cantat mihi nunc ab leua
Simul radebat pedibus terram & uoce groccibat ſua
Continuo meum cor coepit artem facere ludicram
Atque in pectus emicare: ſed ego ceſſo currere..

EVCLIO. STROBILVS.

Foraſ lumbrice q ſub terra erepſiſti modo
Qui modo nuſq̄ comparebas nunc quom compares periſ
Ego edepol te preſtigiator miſeris iam accipia modis
Stro Que te mala crux agitat: quid t̄ mecu eſt comertij ſenex.

Lizenz: CC-BY-NC – Cologny, Fondation Martin Bodmer, Cod. Bodmer 138, f. 38v – Plautus, Comedies
(http://www.e-codices.ch/de/fmb/cb-0138/38v)